



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Petri De Dusburg, Ordinis Teutonici Sacerdotis, Chronicon
Prussiae**

Petrus <de Dusburg>

Francofurti ; Lipsiae ; Regiom. Pruss., 1679

Cap. CCXCIV. De Destructione Castri Putenike.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11850

*Sigfridus de Feuchtwangen XII. Mag. Gen. Ord. Teut.
Henricus à Placzke XVII. & ult. Mag. Prov. in Prussia.*

Eodem anno in autumno reædificato jam præurbio prædicto cum omnia blada & segetes reconditæ essent in eo, idem Commendator cum suis fratribus & equitibus venit & dictum præurbium iterum concremavit, captis & occisis omnibus qui ibidem sunt recepti.

C A P . C C X C I I I .

De

Morte LXXXII. Lethowinorum.

Consuetudo ista apud Lethovinos in custodia Castrorum, quæ sunt in terminis constituta, quasi communiter observatur. Rex eorum ordinat aliquos armigeros ad custodiam alicujus Castri, ad terminum unius mensis vel amplius, quo completo recedunt, & alii superveniunt ad custodiam supra dictam. Ilude factum est, quod LXXXV. viri Lethovini completâ hebdomatâ vicis suæ, dum de custodia Castri Bisenc deberent recessere, frater Fridericus de Liebencele Vice-Commendator de Raganita, frater Albertus de (a) Ora, & frater Th. de Aldenburg cum XIX. fratribus & LX. viris ipsos in campo Calsheim viriliter sunt aggressi, & omnes interfecerunt, præter tres, qui tantum graviter vulnerati evaserunt.

A N I M A D V E R S I O .

(a) Ozalegit Stryikovvsky.

C A P . C C X C I V .

De

D e s t r u c t i o n e C a s t r i P u t e n i k e .

Posthac aliquot annis intermediis, quidam Lethovinus datus Spudo, potens in Castro Putenika, Zelator fidei & fiduum, demandavit fratri Voltz Commendatori prædicto, ut cum

exer-

*Sigfridus de Feuchtwangen XII. Mag. Gener. Ord. Teut.
Henricus à Plozke XVII. & ult. Mag. Provinc. in Prussia*

exercitu suo adveniret, ipse enim vell et tradere Castrum prædictum. Quo percepto, idem Commendator cum omnibus sibi subjectis venit, & illo secretè portas Castri aperiente, fratres cum suis intraverunt, & occisis & captis omnibus ipsum cum suburbio igne apposito funditus destruxerunt, & dictus Spudo cum patre & fratribus suis totaque familia baptismi gratiam est adeptus.

CAP. CCXCV.

De

Combustione Castrorum Schroneyte & Bujervvarte.

Odem anno in autumno Carsovvitæ videntes, quod amplius fratribus resistere non possent, relicts duobus suis Castris, scilicet (a) Schroneyten & Bujervvarte, recesserunt, quæ duo Castra fratres postea combusserunt, & sic hæc tria castra usque in præsentem diem remanent desolata.

ANIMADVERSIO.

(a) Stroveita & Bivernita, Kojalovvitz, Seroveita Bivvervvnita Striykovvski.

CAP. CCXCVI.

De

Vastatione terræ Sambiensis.

Anno Domini MCCCVIII. in die B. Gregorii Mansto & Sudargus & alii Nobiles de Sametia cum V. millibus equitum circa Castrum novum in Neria Curonensi intraverunt terram Sam-

Anno Domini MCCCVIII. in die B. B. Philippi & Jacobi Albertus Rex Romanorum à Joanne Duce dicto Anlant Nepote suo occiditur, quia partem Ducatus Austriae abfudit ei, licet esset verus heres.

Eodem anno in die B. Katharinae

Zz 3 Prin-